Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

conferre. Tussi vero ait ysaac. nocue et
presertim ex siccitate accidente. acetum ob:
esse. Et in hoc de nocumento aceti finem
faciemus.

De oximelle. oxizaccara et syrupo acetoso Cap. viii.

Ex aceto medicine compositarum.

Cum de aceto sermo est. decuit conferre compositas eius medicinas. et earum quibus acetum miscetur, utilitates describere. Et de oximelle. quod alio nomine galienus quinto 3 acutorum. zeccv. et mesue particula septima antidotarii vocant secaniabin. nihilominus galienus quarto regiminis sanitatis et undecimo terapentice. capitulo undecimo. et decimoquarto terapentice. capitulo decimo sexto. et in libro de cacochimia et euchimia vocant. sic ypocrates 3o regiminis acutorum et nicolaus in antidotario oximel. neque de nominibus pugnandum. Qualitercumque sit, secaniabin et oximel cum galieno 3o regiminis acutorum pro uno et eodem accipi. Eius namque apud doctores, duplex est modus. Nam quoddam est simplex. quoddam compositum. Simplex vero quod est ex aceto, melle, et aqua. Cuius utilitas est iuvare (dicit ypocrates 3o regiminis acutorum) screa: tum. et facere bonum flatum, id est anhelitum Et galienus in libro de cacochimia in capitulo mundificationum medicinarum, ait, secaniabin subtiliat et incidit

Oximel / secaniabin

oximel simplex / compositum